

Band II., Nr. 501, Seite 318-319

Die Äbte Siegehard von Lorsch und Peter von Neuburg schlichteten als päpstlich verordnete Richter einen Streit des Bischofs Otto von Speyer mit dem Kloster Maulbronn über verschiedene von ersterem dem Kloster zugemutete Leistungen und die Waid- und Holzrechte der Güter des Klosters in Ketsch, Altlußheim und Sankt Leon.

Ohne Ortsangabe, 1197. Juni 24.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sigehardus, dei gratia Lauris(ensi)s, et Petrus. Novi Castri abbates. Iustum et utile censemus esse, nec a rationis tramite discordat, ut ea que inter personas ecclesiasticas ad tollendum litis fermentum, auctoritate apostolica, mediante concordia sollempniter celebrantur, perpetue per autentica scripta memorie commendentur. Sane ad notitiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod cum nos super controversia que inter venerabilem dominum Otthonem episcopum Spirensem et dominum Cvnradum abbatem de Mullenbrunnen vertebatur, a summo pontifice iudices essemus delegati, dominus episcopus in me, Sigehardum, adiunctis mihi Cunrado decano, Andrea scolastico, Alberto custode et Fridrico cellerario maioris ecclesie Spirensis; abbas vero in me, Petrum, adiunctis mihi Cunrado sancte Walpurgis, et Sifrido de Odenheim abbatibus, Vlrico de Vbedingen et Rudolfo cellerariis compromiserunt nostro stare consilio super controversia supradicta. De communi itaque consilio statuimus: quod dominus episcopus non debeat aliquid unquam ab ipso abbate de Mullenbrunnen et fratribus eius extorquere quod in ordine eorum prohibitum est, videlicet quod in curtibus eorum et in terminis claustrum nec ipse nec sui carnibus vescantur, nec alia huiusmodi extorqueant, vel eos gravent in parangariis, et non nisi amicales hospitationes apud eos accipiat. In bonis quoque eorum hereditariis, scilicet apud Kesch, Luzheim et sanctum Leonem nullas faciat exactiones, set ipsi consuetum et ab antiquo institutum censum de illis sibi persolvant. Statuimus etiam ut predictus abbas cum fratribus suis non utatur pascuis ultra terminos quos priores coloni habuerunt, quod vulgo dicitur almeinde, nec ligna incidant in forestis episcopi absque consensu et licentia sua vel subditorum suorum. Hec autem que predicta sunt servaturum se promisit bona fide quoad vixerit, et tactis ewangeliis iuravit dominus episcopus, et hanc publicam cartam inde per consensum ipsius conscriptam ad perpetue firmitatis munimen sigilli sui impressione curavit roborare. Nos quoque, cupientes ea que, ut diximus, pio consensu et amica compositione coram nobis

II

apostolica sunt auctoritate celebrata, firma et inconcussa permanere, eandem paginam nostris sigillis duximus confirmare.

 Facta sunt hec anno incarnationis domini MCLXXXVII., indictione XV., VIII. kalendas Iulii, in presentia capituli Spirensis ecclesie, scilicet Cunradi decani, Andree scolastici, Alberti custodis, Friderici cellerarii, Alberti portenarii, Sifridi de Haselach, magistri Eberhardi de Orenge et Bertholdi subcustodis, presentibus etiam Marquardo Hyrsaugiensi, Sifrido de Odenheim, Cunrado de sancta Walpurga, Wolframo de Sunnensheim et Wicmanno de Utrina Valle¹ abbatibus, qui ad maiorem huius facti firmitatem suas etiam bullas unâ cum capitulo Spirensi scripto presenti apponere curaverunt.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Es hängen insgesamt fünf überwiegend beschädigte Wachssiegel an, wovon das vierte länglich-rund, die übrigen ganz rund sind. Auf dem ersten befindet sich eine sitzende Figur in langem, faltigem Gewand mit einem Heiligenschein auf dem Kopf. Die rechte Hand ist vor der Brust erhoben, die linke hält ein Kreuz. Die Seitenlehnen des Stuhls stellen Hundsköpfe, die Füße Tatzen dar. Die Umschrift ist bis auf wenige Buchstaben weggebrochen, wovon SPIR....S. ECCLESIE der noch lesbare Schluss sind. Das zweite Siegel hat einen sitzenden Abt mit dem Stab in der Rechten und einem geschlossenen Buch in der Linken; der Stuhl dem vorigen ähnlich. Die Umschrift lautet: SIGEHARDUS. DEI. GRATIA LAVR.....AS. Das dritte Siegel, kleiner als die vorigen, mit einem Bischof, der den Stab in der Rechten, ein offenes, auswärts gekehrtes Buch in der Linken hält, und auf einem der beiden vorigen ähnlichen Stuhl sitzt, hat die Umschrift: OTTO. DEI. GRATIA. SPIRENSIS. ECCLESIE. EP-S (*episcopus*). Das vierte, sehr kleine Siegel, zeigt einen sitzenden Abt mit dem Stab in der Rechten und einem offenen Buch in der Linken. Die Umschrift lautet: SIGILLVM ABBAT... OVI CAST... Das fünfte Siegel schließlich zeigt das Brustbild eines Abtes sehr undeutlich und die Umschrift: CONRADVS ABBAS + DE SACRA SILVA.

¹Eufenthal.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 14

Editionen:

FRANZ XAVER REMLING (HRSG.): Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer, 2 Bde., Mainz 1852-53. [ND Aalen 1970], S. 135 ff. (wahrscheinlich nach einem Duplikat).

Regesten:

Germania pontificia, Bd. 3, S. 128, Nr. 6.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altlußheim Wohnplatz (6262)
 Altlußheim, HD
 Eußerthal, SÜW
 Haßloch, DÜW
 Hirsau Wohnplatz (6984)
 Hirsau, Calw, CW
 Iptingen Wohnplatz (7113)
 Iptingen, Wiernsheim, PF
 Ketsch Wohnplatz (6376)
 Ketsch, HD
 Lorsch, HP
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Neuburg, Dauendorf, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Odenheim Wohnplatz (5432)
 Odenheim, Östringen, KA
 Sinsheim Wohnplatz (6553)
 Sinsheim, HD
 Speyer, SP
 St. Leon Wohnplatz (6659)
 St. Leon, St. Leon-Rot, HD
 Waldburg (Walbourg), Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhringen, KÜN